

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1634**

Ora[t]io Alexandri: Hortatio ad Expeditionem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

## GERMANICI ORATIO.

Conquestio, &amp; hortatio ad vindictam sceleris.

## Argumentum.

Germanicus Cesar peragrata Aegypto in morbum incidit, quo leuatus, alio repente fuit corruptus, quo grauiter conflectatus est: & suberat suspicio oblati à Pisone, praeside Syria, veneni. Desperata valetudine, sic apud amicos, qui tūm frequentes aderant, moribundus loquitus est. Rogatne impunem tantum scelus patiantur esse Pisoni, & Plancina eius vxori, quae particeps sceleris credebatur. Rationem pœnarum persequendarum aperit.

## EX TACITO.

*memori.* SI fato concederem, iustus mihi dolor etiam aduersus Deos esset, quod me parentibus, liberis, patriæ intra iuuentam præmaturo exitu rapere: nunc scelere Pisonis, & Plancinæ interceptus, ultimas preces pectoribus, vestru relinquo. Referatis patri, ac fratri, quibus acerbitatibus dilaceratus, quibus insidijs circumuentus, miserrimam vitam pessima morte finierim. Si quos spes mea, si quos propinquus sanguis, etiam quos inuidia erga viuentem mouebat, illachrymabunt, quondam florentem, & tot bellorum superstitem mulierib[us] fraude cecidisse. Erit vobis locus querendi apud Senatum, inuocandi leges. Non præcipue hoc amicorum munus est, prosequi defunctum ignaro questu, sed quæ voluerit, meminisse quæ mandauerit, exequi. Flēbunt Germanicum etiam ignoti. Vindicabitis vos, si me potius, quam fortunam meam fouebatis.

Offendite pop. Rom. Diui Augusti Nepotem, eandemque coniugem meam: numerare sex liberos. Misericordia cum accusantibus erit: fingentibusque scelestia mandata, aut non credent homines, aut non ignolcent.

1. Queritur de r[ati]one, sed hac nimis mollie, & languida videatur oratio apud Sapientem, qui vitam omnem & mortem dñi acerbius putat, ut loquitur Synodus lib. de prudenteria.

II. Vtianum flagitas. Inserat hoc animis, &

ad huc regnat pessimum axioma, inimicum vilesci vitam accipere est alteram. Publius Syrus. Fatum autem cuius hic initio meminit, est, tūs iuxquiu[m] dāvōtes ut appellatur à Demosthene, in oratione n[on] p[ro]p[ri]o, que opponitur morti violēta. Sic Cicero dixit mori suo fato, naturali scilicet morte, post iustum atatu curriculum, confici.

## ALEXANDRI ORATIO.

Hortatoria ad expeditionem.

## Argumentum.

Inclinatis iam animis multitudinis ad requiem laboriosæ militiae optandam, accesserat sparsus, sine authore quidem, sed ex diuturniorum statuorum occasione excitatus missionis rumor. Qui esti temere percrebuerat, tamen tanta fuerat omnium auditate acceptus, ut iam totus castris à gregariis militibus redditus compararetur. Quares non mediocriter Alexandrum vix ea ingressum, qua animo. & spe præceperat, percultit. Itaq[ue], pecoribus per errorem incusatis, illis ipsis authibus vulgus ab eo errore, & cupiditate deducere bac oratione statuit, qua leniter obiurgat:

gat milites, quod immaturum suarum victoria-  
rum fructum velint percipere. Duas exponit con-  
silio sui causas, cur nondum incæptis desistat.  
Neque que parta sint retineri posse, nisi subactis  
hostibus, qui super sint, & his dominis, multo rbe-  
riores victoria fructus ostendit, & se offerre,  
hac nisi pacata teneri non posse: pacata vero se-  
cum his multo plura esse allatura. Eos præterea  
ad persequendas de percussoribus Darij pœnas  
impellit.

Ex Quinto Curtio.

Alexandri  
expeditio-  
nes.

Magnitudinem rerum, quas gessimus, Mi-  
litæ, inuentibus vobis, minime mirum  
est, & desiderium quietis, & satis erat  
gloriæ occurrere: ut omittam Illyricos, Tri-  
ballos, Bœotiam, Thraciæ, Spartam, Achæos,  
Peloponensem, quorum alia ductu meo, alia  
imperio, auspicio que perdonui. Ecce orsi bel-  
lum ad Hellespontum, Ionas, Acolidem feru-  
tio barbaræ importatis exemimus. Cariam,  
Lydiam, Cappadociam, Phrygiam, Paphlagoni-  
am, Pamphyliam, Pisidas, Ciliciam, Syriam,  
Phœnicem, Armeniam, Persidem, Medos,  
Partheniem habemus in potestate. Plures pro-  
uincias complexus sum, quam alij vrbes cepe-  
runt: & nescio an enumerant mihi quasdam  
ipsarum rerum multitudo subduxerit. Itaque  
si crederem satis certam esse possessionem ter-  
rarium, quas tanta velocitate domuimus, ego  
vero, milites, ad Penates meos, ad parentem,  
fororesque, & ceteros ciues, vel renitentibus  
vobis erumperem, vi ibi potissimum par-  
tâ vobis cum laude, & gloriâ frueret, ubi nos  
vberima victoria præmia expectant, libe-  
rorum, coniugum, parentumque lætitia,  
pax, quies, rerum per virtutem partarum  
secura posse. Sed in nouo, & (si verum  
fateri volumus) precario imperio, adhuc iugum  
eius rigida ceruice subeuntibus bar-  
baris, tempore (milites) opus est, dum  
mitioribus ingenij imbuuntur, & efferatos  
mollior consuetudo permulceret. Fruges quo-  
que maturitatem statuto tempore expectant,  
ab eo etiam illa sensus omnis expertia, tamen  
sua lege mitescent. Quid creditis, tot gentes  
alterius imperio, ac nomine assuetas, non sa-  
cris, non moribus, non commercio lingua co-

Tempus  
opportuni  
expectandū.

hærentes, codem prælio domitas esse, quo vi-  
tae sunt? Vestris armis continentur, non suis  
moribus, sed qui præentes metuunt, in absen-  
tia hostes erunt: Cum feris bestijs res est, quas  
captas, & inclusas, quia ipsæ natura non  
potest, longior dies mitigat. Et adhuc siccago  
tanquam omnia subacta sunt armis, quæ fue-  
runt in ditione Darij. Hyscaniam Nabarza-  
nes occupavit. Bætra non possidet solum  
parcida Beslus, sed etiam minatur. Sogdia-  
ni, Dahæ, Massagæ, Sacæ, Indi sui iuris sunt.  
Omnes hi simul, si terga nostra viderint, se-  
quentur. Illi enim ciuidem nationis sunt, nos  
alienigenæ & externi. Suis autem quicque pa-  
rent placidus, etiam cum is præest, qui magis  
timet potest. Proinde aut quæ eepimus, o-  
mitienda sunt: aut quæ nos habemus, occu-  
panda. Sicut in corporibus ægris, milites, ni-  
hil quod nocitrum est medici relinquent,  
sic nos quicquid obstat imperio, recidamus.  
Parua sepe scintilla contempta magnum exci-  
tauic incendium. Nihil tute in hoste despicitur,  
quem preueris, valentiore negligenter facies.  
Ne Darius quidem hæreditatum Periarum  
acceptum imperium, sed in fedem Cyriben-  
cio Bagoæ castrati hominis admissum: ne vos  
magno labore credatis Beslum vacuum reg-  
num occupaturum. Nos vero peccatumus,  
Milites, si Darium ob hoc viceimus, vi seruo-  
eius traderemus imperium, qui ultimum  
ausus scelus, regem suum, etiam externæ opis  
egentem, certe cui nos victoræ pepercissemus,  
quasi captiuum in vinculis habuit, ad  
vitium, ne à nobis conseruari posset, occi-  
dit. Hunc vos regnare patiemisi? quem equi-  
dem crucifixum videre festino, omnibique  
Regibus, gentibusque fidei, quam violauit,  
meritis pœnas soluentem. At hercule, si mox  
eundem Græcorum vrbes, aut Hellespontum  
vastare nuntiatum erit vobis, quo dolore af-  
ficiemini, Beslum præmia vestrae occupasse  
victoria? Tunc ad reperiendas res festinabis,  
tunc arma capietis. Quanto autem præ-  
stat territum adhuc, & vix mentis fuæ com-  
potem opprimere? Quidam nobis iter su-  
perest: qui tot proculcauimus niues, tot am-  
nes superauimus, tot montium iuga transfur-  
rimus, non mare illud, quod exæstuans iter  
fluctibus occupat, euntes non moratur: non  
Ciliciæ fauces, & angustiae includunt: plana  
omnia, & prona sunt, in ipso limine videris  
flamus. Pauci nobis fugitiui, & Domini sui  
interfectores, supersunt. Egregium me hercu-  
le o-

le opis, & inter præmia gloriæ vestra numerandum, posteritati, famæque tradetis: Darij quoque hostis, finito post mortem eius odio, parricidas esse vos vlos, neminem impium effugisse manus vestras: hoc pererrato, quanto creditis Persas obsequenteriores fore, quam intellecterint vos pia bella suscipere, & Bessi sceleri, non nomini suo irasci?

Inter grauissimashortationes est Cyri morientis ad filios oratio apud Xenophontem noctis ius, quam, quia prolixior est, omitto.

### OECONOMIA orationis.

I. Demulces a rebus antea gesitis. Quod fuit dñrum pati, meminisse dulce est.

II. Verum stabilitudo est fortuna semel erecta, neque in eo mora opus est.

III. Et hoc probatur, ab adiunctis domitarum gentium.

IV. Sed neque omnia demita, aut pacata.

V. Et hæ reliquias si negligantur, ut parva scindille contempta, magnum excitabunt incendium. Αδηλα γρφ τα μετ πολέμων, χριστιγγα τα πολλά, ut ait Thucydides in oratione Archidamici citata.

VI. Grauissime urget a Bessi parricidio, & indignitate, cui crux debetur, non regnum ab eo occuparum.

VII. Post iustissimas, & necessarias belli rationes facilitas rei confiende expenditur.

VIII. Ad summum, generosissimum mentium esse, gloria, hic autem ultimus extremus est, sed glorioissimus est, & quasi aurea totius operis Corone.

### CONSULTATIONES.

### CONSULTATIO DE propagando imperio.

### ORATIO ALEXANDRI ad milites.

In hac exhortatione eluet vis blanda  
persuasionis, & dominium illius suada,

fortiter & suauiter in animos influen-  
tis.

**N**on igitur, Milites, multa qua terrere vos Ex Q. Car-  
poscent, ab incolis Indiæ per hos dies in-tio.  
dustria esse iactata, sunt non est improvisa vo-  
bis mentientium vanitas. Sic Cilicæ fauces,  
sic Mesopotamiæ campos, Tigris, & Euphra-  
tem, quorum alterum vado transiuius, alte-  
rum ponte terribilem fecerant Persæ, Num-  
quam ad liquidum fama perducitur. Omnia illa  
tridente maiora sunt vero. Nostra quoque  
gloria, cum sit ex solido, plus tamen habet no-  
minis, quam operis, modo quis bellus offe-  
rentes mœnium speciem, quis Hydasphem am-  
nem, quis carceri auditu maiora, quam vera  
sustineret posse credat? Olim hercule fngisse-  
mus ex Asia, si nos fabule debellare potuissent.  
Creditissime, Elephantorum greges maiores es-  
se, quam vsquam animalium sunt? cum &  
rarum sit animal nec facile capiatur, multo que  
difficilis mitigetur? Atque eadem vanitas  
kopias peditum equitumque numeravit. Nam  
flumen, quo latius fusum est, hoc placidius  
stagnat, quippe angustis ripis coercitum, & in  
angustiorem alueum elisum torrentes aquas  
inuenit. Contra statio aluei, segnior cursus  
est. Præterea in ripa omnne periculum est, vbi  
applicantes nauigia hostis expectat. Ita quan-  
tumcumque flumen interuenit, idem futurum  
discrimen est euadendum in terra. Sed omnia  
ista vera esse singamus. Vtrumne vos magnitu-  
do belluarum, an multitudo hostium terret?  
Quod pertinet ad Elephantos, præsens habe-  
mus exemplum: in suis vehementius, quam in  
nos incurrerunt, tam vasta corpora securibus,  
falcibusque mutilata sunt: quid autem inter-  
est, totidem sint, quorū Poms habuit, an tria  
millia, cum uno, aut altero vulneratis, cæteros  
in fugam declinare videmus? Deinde paucos  
quoque, & incommodè regunt. Congregata  
vero tot millia, ipsa se elidunt, vbi nec stare,  
nec fugere potuerint, inhabiles vastorum cor-  
porum moles. Equidem sic animalia ista con-  
tempsi, ut cum haberem ipse, non opposuer-  
tim, satis gnarus plus suis, quam hostibus pe-  
nituli inferre. At enim equitum, peditumque  
multitudo vos commouerit: cum paucis enim  
pugnare soliti estis, & nunc primum incon-  
ditam sustinebitis turbam? Testis aduersus  
multitudinem inuicti Macedonum roboris  
Granicus amnis, & Cilicia inuadatae cruce-

Rrrr Perla-